





BVLLA ERECTIONIS OFFICII DOMINORVM MILITVM. S. PETRI DE NVMERO PARTICI-PANTIVM NVNCVPATORVM QVAMPLVRIMIS PRIVILEGIIS DECORATI.



LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Exordium.

SICVT prudens paterfamilias cūcta, que in eius domo sunt, ad eius honorem, profectū & gloriam, prouida moderatione disponit & ordinat: ita nos, qui meritis licet imparibus ab ipso supremo patre familias in illius domo dispensatores effecti sumus circa ea, que Romane ecclesie status securitatē & prosperū successum recipiūt: debitus ordo seruetur: & Camere Apostolice, cui pro eodē statu conseruando diuersa onera indies incumbūt, necessitatibus imminētibus prouideatur: ac iura quantū fieri potest, cōseruentur illesa: studiosa solicitudine cōuenit attendere: ac desuper officii nostri partes fauorabiliter impartiri. ¶Sane intra mentis nostre arcana reuoluentes, quod felicis re. Paulus Papa . ii. predecessor noster tempore suo vltra marini belli expeditionē per Sanctā Romanam Ecclesiam cōtra infideles indictā: & ad quā pie memorie Clemens. iiii. & Nicolaus. iiii. ac Bonifacius. viii. & Benedictus. xi. ac Clemens. v. & Pius. ii. Romani Pōtifices etiā predecessores nostri toto cordis affectu prius intenderāt & aspirauerant suscipere: ac deo dante prosequi cupientes pro illius faciliori prosecutione vltra ea que recolende memorie Innocentius papa. iii. similiter predecessor noster in generali Lateranē Concilio ad terras & loca infidelium sub penis tūc expressis alumina deferri prohibuerat, ipse plura alia ad ipsorū infideliū terras & loca durante bello, quod cōtra Turcas prosequi ardētissime cupiebat: deferri prohibuerit: ea potissimum ratione motus quod ab ipsis Turcis, Christiane Reipublice calamitas tunc instare atq; imminere videbatur: ad quā repellendā maxime opportunū censebat, si prefatos Turcas cōpluribus commodis: que ex Christianorū rebus percipiebāt priuaret: insuper animo suo cōsiderans q; omnipotens & misericors deus: qui gregem suū non deserit, nec sperātes in se derelinquit Thesaurū Aluminis per tot secula in Italia incognitū: tempore eiusdē Pii predecessoris nostri in locis Vrbi proximis reuelauerat: ac pie credēs diuino mu

Alumen inuētum sub Pio, II.

nere datum fuisse: vt Alumen ipsum pro Tutela Christiane religionis aduersus impiissimum Christianorũ hostem pau loante inuentũ fuisset: vt hostis ipse duplicẽ ex eo iacturã pa teretur: Cum ipse ex suo Alumine cuius precio ditior ac po tentior fiebat: nullã in Christianorum prouinciis, terris & lo cis caperet vtilitatem. Ipsosq́ Christianos ex noui Aluminis Inuentione ditiores ac potentiores factos intelligeret, ac om ni studio & ope prouide desiderans vt fructus exinde seque rentur: optat initio sue assumptionis omnes redditus & pro uentus ipsius Aluminis in patrimonio beati Petri in Tuscia tunc inuenti, ad defensionem catholice fidei & sancte Cru ciate integre dedicauerit. Illudq́ Christo domino consecra uerit existimãsq́ rem minime nouã aggredi, nec via insolita incedere, si post Alumen diuino munere pro Christianorũ tutela inuentũ: & per eum ad defensionẽ Christiane religio nis dedicatũ omne commerciũ Aluminis quod in partibus dictorũ infideliũ nascitur & effoditur, inter Christianos & in fideles, inuicemq́ inter Christianos ipsos sub eisdem penis tolleret ac penitus interdiceret: & id solũ quod in terris eius dem Romane ecclesie inuentũ fuerat mercari & emi liceret. Ac propterea vt Alumen ipsum pro tẽpore fabricatũ com modius ac facilius vendi posset: ad clare memorie Eduardũ Anglie Regem: & ad quondã Philippum ducem Burgũdie nuncios suos, vt suo & Camere Apostolice ac sancte Crucia te huiusmodi nominibus cũ rege & illius regni Baronibus, ac Duce et personis Dominii eorũ conuentiones & pacta in irent & firmarent: ac diuersarũ personarum operã pro dicti Aluminis vtilitate, tam ipse Paulus tempore suo quam alii eius successores vsi fuerint. ¶ Nos qui in literis clausure moderni Cõcilii Lateraneñ. dictam cõtra Turcas sanctam expeditionẽ indiximus, eamq́ prosequi posse speramus nõ minori desiderio quam predecessores ipsi tẽporibus suis fe cerunt. Et dicti Aluminis prouentus dicte sancte Cruciate applicatos: circa quos plures predecessores nostri magna di ligentia vsi fuerunt: non solũ conseruare, sed etiam augere desideramus, ne in illo fraus aliqua committatur, sed omni fraude sublata diligenter fabricetur & conseruetur: ac ad re

gna & loca Christianorum fideliter deferatur: pluriu personarum operam necessariā & opportunā esse intelligimus: & hoc negotiū multo melius ac diligētius procedere posse videmus: si per eos potius tractetur, qui inde commodum & vtilitatē sint reportaturi, quam per mercenarios & alios nullā inde vtilitatem consequi sperantes. ¶ Quare plurimum ad hoc conferre posse iudicauimus si Collegiū vnū virorū institueretur, qui Milites sancti Petri nuncuparentur: qui nō solum Cantariorum dicti aluminis, que singulis annis fabricantur & ponderantur, ac aliorū, que ad ipsius aluminis fabricam sunt necessaria, necnon tractarū earum & frumentorum & aliorū bladorum a cōfinibus ciuitatis nostre Terracine, vsq; ad confinia Senarum: diligentē computum & ratione tenendi curam haberent: sed etiā ad Reges & dominos temporales pro negociis ipsius aluminis quandocunq; necessariū foret, mittendi seu destinandi essent: ac Ciuitatis Vetule ancoragiorum, & arcis ac Turris portus Corneti ac ipsius ciuitatis preture & arcis, cum pretura Montis alti & Barigellatus: Dohaneriatus, & cōmissariatus tractarū etiam patrimonii: & commissariatus aluminis & littoris maris curā habere possent. Et tempore prosecutionis dicte expeditionis contra Turcas illorum fideli opera in rebus tūc occurrentibus confidenter vti possimus, cum multo magis de ipsis nostra & dicte sedis officia obtinentibus quam de quibusuis aliis personis merito confisuri simus. ¶ Vnde habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris, Sācte Romane ecclesie Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum vnanimi consilio & assensu collegium quadringentorum & vnius virorū Militum sancti Petri participantium nuncupatorū: quorum nomina & cognomina infra scribentur: de qbus vigintisex apostolica authoritate volumus, decernimus, & ordinamus: quod ipsis sic receptis, & aliis qui pro tēpore erūt Militibus cedentibus vel decedentibus: aut alias loca & officia sua quomodolibet dimittentibus, omniū & singulorum vigintisex militum descriptorū in aliis nostris literis vna cum quibusdam aliis officiis dum per cessum vel decessum priuationem seu quis aliā dimissionē predictorum & quorūcunq; aliorum: qui

Cura Militum.

Instituitur collegiū quadringentorum vnius Militū. S. Petri.

Vigintisex officia militū pertinēt ad dispositionē p tēpore Vice cācellarii.

officia & loca ipsa pro tēpore obtinebunt, quādocūque vacabunt ad liberā dilecti filii Iulii tituli sancti Laurētii in Damaso presbyteri Cardinalis. S. R. E. Vicecācellarii nostri: secundum carnē patruelis: & p tēpore existentis Vicecancellarii dispositionē pertineant: possitq; & debeat ipse Iulius & pro tēpore existēs Vicecancellarius, & per eū ad hoc specialiter deputatus, illoꝶ resignationes, ac illarū ptextu compositiones ad rationē ducatorū quinq; p centenario precii officii quod vendetur, put pro nobis & sede apost. statuimus recipere & admittere, ac p suas literas suo sigillo munitas: dū pro tēpore qualitercūq; vacauerint, p seipsum seu eius locūtenentē seu aliū ad hoc speciale mandatū habentē personis idoneis prouidere: & cū ipsis personis de huiusmodi officiis & locis puisis, cū sibi seu deputādo huiusmodi placuerit dispēsare & ipsas psonas ad ipsa officia & loca obtinenda sufficiēter habilitare: & illi quibus de eisdē officiis & locis Iulius ipse & p tēpore existens Vicecācellarius seu deputandus ab eo duxerit suis literis puidendū ad officia & loca ipsa absq; aliq alia puisione recipiant & admittātur. Ita qđ litere pfati Iulii Card. seu ad hoc ab eo specialiter deputādi & p tēpore existētis Vicecācellarii quos absq; aliaꝶ literaꝶ apost. desup cōficiēdarū expeditiōe ppetue firmitatis robur obtinere decernimus: plenissime et p ōnia valeāt et his suffragent: ac si sup his officiis & locis litere apost. cōfecte & expedite fuissēt.

¶ Quodq; recepti ad officia & loca ipsa ad q recepti fuerint, suo ordine collocent. Sicq; cōtinuo p ipsum Iuliū Card. & p tēpore existentē Vicecancellariū absq; cōtradictione qlibet obseruetur de similibus cōsilio & assensu fratrū predictorū.

¶ Decernētes qcquid secus sup his ad pfati Iulii Card. & p tēpore existētis vicecancellarii dispositionē vt pmittitur spectantibus officiis: etiam a nobis & successoribus nostris Ro. Pont. p tēpore existētibus absq; expresso pfati Iulii Card. & pro tēpore existentis vicecancellarii cōsensu cōtigerit attentari, irritum & inane nulliusq; roboris vel momēti existere.

¶ Ita quod nos & Romanum Pont. pro tempore existentem tēpore prosecutionis expeditionis predicte: & celebrationis conciliorū generaliū cum decenti habitu, quem illis etiam si

Decretū irritans si qd actū fuerit p hmōi officiis q hic ordinatur.

Continuatio institutionis.

Pena cōtra nō milites gestantes hūc habitū

Forma habitus.

Continuatio dicte pene.

Continuatio onerū. Habeāt mansionem in palatio. Duo comedant in Tinello. Reuideant in camera cū clericis computa Aluminū.

clerici fuerint eminētie assignamus. Et qui per alios q̄ per ipsos milites gestari nō possit sub excōicationis maioris & amissionis dicti habitus: q̄ de facto tā p ipsos milites q̄ cuiuscunque Curie executorē illū gestantibus auferri possit & applicetur Militi auferenti vel instanti illū auferri debere: & ducatorum quingentoꝝ applicādoꝝ pro dimidia Collegio ipsorū Militū: & pro vna Camere apost. & alia quartis partibus Iudici exequenti illā. Ita q̄ sub eadem pena excōmunicationis & pecuniaria vt premittitur exigēda & applicanda quilibet Iudex super hoc requisitus exequi teneatur. Cōstito sibi quod aliquis hmōi habitū: qui est imago diui Principis apostolorū in auro sculpta cū insigniis nostris vel pro tempore existētis Pōtificis: ab alio latere cum clauibus desuper & Thiara pontificia impendenti: & torques aurea que in collo portetur: ita quod imago predicta patens sit in pectore gestātis, portauerit ad executionē huiusmodi penarū tam realiter quā personaliter procedere teneatur. Quod si requisitus non fecerit, defensores pro tēpore dicti officii: tā cōtra dictum gestātem quam officialem negligētem tam per censuras ecclesiasticas quascūque etiā vsque ad inuocationē auxilii brachii secularis inclusiue: q̄ per alia iuris remedia procedere possint & valeant: & omnimoda iurisdictione ad hoc necessaria nostra & sedis Apostolice auctoritate vti: ac si specialiter Iudices ad hoc quacunq̄ appellatione & exceptione sublata deputati fuissent: quemadmodū tenore p̄sentium perpetuo deputamus: sequi & locū Cōcilii quod pro tpe fiet: custodire: & propriam māsionem saltē vnam in palatio apostolico habeant: Quam concedentē per dilectum filiū magistrum domus nostre infra mēsem vnum proxime venturū a die requisitionis sibi facte in loco cōuenieti eis assignari expeditā & assignatā per eum & magistrū domus pro tēpore existentem perpetuo manuteneri sub excōmunicationis pena mādamus. Et duo ex eis quolibet die in Tinello nostro comedāt qui in exigēdis annatis in Camera apost. deputētur. Et quādo cōputa Aluminum & alioꝝ prouētuum in Camera apost. reuideri cōtigerit vna cū Clericis & cōmissariis ipsa cōputa reuideant & de fraudibus & penis eoꝝ industria repertis & q̄ ad notitiam

Camere eorum opera effectualiter peruenerint: & dicte Camere persolute aut per nos vel p̄ tēpore Ro. pontificē seu dictam camerā remisse fuerint. Ita quod remissio seu gratia de illis facta equiparetur solutioni: vt sic prefatis Militibus etiā cū huiusmodi gratiis preiudicari nō possit: habeāt ipsi milites q̄q̄ pro centenario. ¶ Et cū de Aluminibus in dicta Camera tractabitur prout clerici sacri Collegii faciūt vnus vel duo eoꝝ assistere possint. Et cōtractus locationū & alioꝝ qui fient super Aluminibus & aliis ex quibus fiunt dictis Militibus assignamēta: sint ipso iure nulli: nisi in eoꝝ celebratione mensarii dicti officii dictoꝝ militum ad eos fuerint vocati: & admissi cū effectu & copia eoꝝ eis nō fuerit data in forma fidem vbiq̄ facien̄. absq̄ aliqua solutione pro ea fiēda Notario qui inde fuerit rogatus: Et nisi cōductores se obligauerīt ad soluēdum & cū effectu soluerint: In principio cuiuslibet mensis dictis mensariis seu eoꝝ receptoribus ratam dictorū assignamētoꝝ debitam in ducatis auri in auro. ¶ Et in euētum in quē id facere recusauerint vel neglexerint: liceat prefatis militibus seu deputādis ab eis propria auctoritate capere possessionē rerū super quibus essent dicta assignamēta & retentis sibi quātitatibus assignatis, residuū Camere apostolice dare & ad id efficaciter faciēdum se obligare prout dicti conductores qui soluere retardauerint: teneātur. ¶ Possint etiā dicti milites & ab eis deputādi contra omnes: qui fraudabūt fabricā sancti Petri: & qui aperiēt nouas Alumerias & ement Alumina ab infidelibus: & qui faciēt aliquid in fraudem Aluminum & officii dictoꝝ militū: modo & forma: ac sub cēsuris penis & auctoritate supra cōtra p̄dictum habitum deferentes expressis & concessis: que hic habemus pro repetitis: p̄cedere & de omnibus fraudibus & penis p̄ eos repertis habeāt medietatē sine preiudicio ad p̄sens deputatoꝝ ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine ꝑpetuo erigimus & instituimus. Decernentes & declarantes ipsos Milites ac eorum & cuiuslibet ipsorū familiares qui pro tēpore fuerint etiam si eoꝝ singuli singulas māsiones nō habeāt in Palatio, & quotidie in eiusdē palatii Tinello non comedant veros & indubitatos familiares & continuos commensales nostros &

Et habeant de fraudibꝰ & penis q̄q̄ p̄ centenario.

Possint assistere negotio Aluminū ī camera.

Circa contractus assignamētorum.

Cōtra fraudātes fabrica scti Petri & alumina ac officium.

Erectio officii.

Milites & eoꝝ familiares sunt veri familiares conti nui comensales Pape.

Ro. Pōtificis pro tēpore existentis existere: ac in quibuscūq; litteris: scripturis: & actibus se tales scribere & nominare: & ab aliis nominari posse & debere. ¶ Ac eisdem Militibus & cuilibet eorum: qui obitus & coronationis Ro. Pont. temporibus presentes aderūt: vestes lugubres ratione obitus: & rubeas ratione coronationis huiusmodi eius quātitatis & qualitatis cū cubiculariis defuncti & noui Pō. respectiue qui hactenus fuerūt: exhiberi cōsueuerunt, exibēdas & assignādas esse decernimus & declaramus. ¶ Ac eosdē Milites pro tēpore existentes eo ipso quo ad militie huiusmodi officiū admissi fuerint & cuiuslibet eorum filiū primogenitum: natū seu nasciturum nobiles de maiori nobiliū genere: ac Aule Lateranēsis comites cū potestate per se vel alium seu alios in genere & specie totiens quotiēs cuilibet eorum placuerit: extra Ro. Curiā subdelegādos & deputandos quoscūq; quos in iure canonico & ciuili seu altero eorum studuisse: & ad id assistētibus eis duobus vel tribus in iure vel iuribus huiusmodi doctoribus per eos eligendis. In eisdē canonico & ciuili iuribus seu altero illorum per diligentē examinationem scientia & moribus idoneos & sufficientes esse inuenerīt in vtroq; vel altero iuriū huiusmodi. ¶ Quos vero in Theologia etiā si fratres fuerint cuiusuis ordinis: etiā mēdicātium: etiam si alias cōsensus superioris requireretur, & habitus vel requisitus non fuerit: seu artibus vel medicina aut alia facultate studuisse. Et similiter per diligentē examinationē duorum aut triū per eos eligendorum doctorum seu magistrorum facultatis in qua studuerūt: coram eis vel aliquo eorum habēdam ad fidelē magistrorum seu doctorum eorūdem attestationem eis faciendā peritos ac sciētia & moribus ad hoc idoneos & sufficiētes esse repererint de eorundem doctorum seu magistrorum quorum ad premissa omnia cōsilio & assensu in Theologia seu in artibus aut medicina vel alia licita facultate huiusmodi ad Bacalariatus, licētiature doctoratus & magisterii gradus promouēdi & in eis legendi: interpretādi: disputandi: & alios actus ad personas in huiusmodi gradibus cōstitutas quomodolibet pertinētes faciēdi auctoritatem cōcedendi: & ipsorum graduū solita insignia eis conferendi. ¶ Necnō Iudices ordinarios: ac Notarios & Tabellio

Debēt hēc vestes lugubres & rubeas ī morte & creatione Pont.

Milites & eorum filii primogeniti sunt de maiori nobiliū genere.

Comites palatini.

Ptās subdelegandi.

Facultas doctorādi & aliis graduandi.

Creādi Notarios.

nes publicos creandi & creatos de iudicatus: tabellionatus & Notariatus officiis huiusmodi p pennã & calamare, vt moris est: recepto prius ab eis solito iuramento inuestiẽdi. ¶ Et cũ spuriis: bastardis, mãserib⁹: incestuosis: & aliis ex quouis illicito & dãnato coitu pcreatis, vt in parẽtũ & aliorꝝ bonis, tam ex testamẽto: q̃ ab ĩtestato succedere: & quoscũq; actus legitimos exercere ad & quosuis honores: dignitates & officia publica & priuata assumi: illaq; gerere in õnibus & p omnia: ac si de legitimo essent matrimonio pcreati: libere & licite valeãt dispẽsandi: & qbusuis cõstitutionib⁹ & ordinatiõibus Apost. legibusq; Imperialibus, etiã ex illis que in vsibus feudorꝝ vel autẽtẽ. habent: etiã si de illis mẽtio specialis habenda foret: que haberi posset ad libitũ voluntatis: statutis quoq; & aliis ordinationibus in contrariũ pro tempore editis: etiam iuramento: cõfirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis: quotiens eis placuerit in quauis mũdi parte derogandi. Legitimandi.

¶ Illosq; ex eisdem militibus qui clerici in dicte sedis Notarios: qui vero laici fuerint in aurate militie milites: ita quod etiã si milites participantes esse desierint, Comites aule Lateranẽ. & Notarii ac milites aurati respectiue: sine tamen piudicio participantiũ, etiã cum dicto filio primogenito esse nõ desinant: exnunc prout extunc & econtra: facimus: creamus & recipimus: ac aliorꝝ de maiori nobiliũ genere: & nobilium aule Lateranẽ, comitũ & sedis notariorꝝ & militie pdictorũ militũ numero & cõsortio fauorabiliter aggregamus. Prothonotariatus. Aurata milicia. Dimisso officio retinet comitatũ notariatũ & auratã militiã. Noua creatio & aggregatio.

¶ Et insup recolẽtes nonnulla bona p laicos Romane & aliis ecclesiis pie erogata & cõcessa: & cõsiderãtes quod ad alia in posterum erogãda & concedẽda erunt procliuiores, si in aliquo ecclesiam erga se gratam & liberalem esse cognouerint: attendentes quoq; felicis re. Sixtum. iiii. & Iulium. ii. Romanos Pontifices etia predecessores nostros & nos pro structuris & fabricis ad decorem vrbis libere testãdi & alia priuilegia concessisse, & merito pensantes q; si personis cũctis fabricis dignioribus armate fidei Militie destinatis in dicta vrbe seu Ro. curia residentibus vt iuxta premissa per nos eis attribute nobilitatis gradũ vltra ordinarios dicti officii prouentus propria pecunia emptos, qui soli non sufficerẽt, aliquid Exordium p pensionibus laicorꝝ.

causa lucratiua ex prouentibus ecclesiasticis pcipere valerēt vnde & pacis & belli fidei tēporibus se sustētare & dicti belli expēsas subire cōmode possent, dispēsatiue cōcederetur. Id nō minus immo plus q̄ dicte fabrice in vrbis & curie hmōi sed etiam nostrū & sedis Apost. ac fidei catholice, totiusq̧ rei publice Christiane decorem & vtilitatem euidenter cederet.

Dispēsatio ad pēsiōes c. l. plaicis & clericis cōiugādis.

¶ Quapropter habita etiam super hoc cum dictis fratribus nostris deliberatione matura cū ipsis ex militibus pro tēpore existentibus & in Ro. curia existentibus, etiam qui mere laici & coniugati etiā bigami & etiā alias incapaces fuerint, Militibus vero clericis etiā pēsiones & fructus beneficiorum ecclesiasticorū loco pensionū habentibus quos pro tempore coniugatos & bigamos fieri cōtigerit, vt quādiu in dicta curia personalem residentiam fecerint & officium Militis obtinuerit dūtaxat quācunq̧ & quascunq̧ pēsiones annuas centum quinquaginta duc. auri de Camera nō excedētes & fructus loco pensionū qui transeāt: sed successores in beneficiis a decimis & subsidiis ac aliis oneribus liberas etiā ordinaria auctoritate etiā sine causa. Videlicet si super monasteriorum etiā consistorialiū: prioratuum, prepositurarum: & aliorum quorūcunq̧ beneficiorum ecclesiasticorum regulariū & seculariū etiā cū cura & sine cura cuiuscūq̧ annui valoris illorum fructus redditus & pu͂entus fuerint, pensio annua nō tamē vltra tertiā partē super quolibet beneficio supra nominato & vltra summam centum quinquaginta duc. similium in totū pro vnoquoq̧ Milite & quolibet officio constitui non possit.

Quod milites īfrascripti retineant pensiones.

¶ Et q̧ presentes Milites inferius descripti pensiones etiā vltra dictam tertiam & dimidiā partem habentes super quibusuis beneficiis monasteriis & ecclesiis si matrimoniū etiā cū bigama contraxerint pensiones annuas suas huiusmodi vsq̧ ad summā predictā centū quinquaginta duc. & non vltra retinere possint & valeāt: nulla propterea nobis & successoribus nostris cōpositione soluta quoad vixerint pcipere: exigere & leuare: ac in suos vsus & vtilitates conuertere libere & licite possint & valeāt cū accessu ad bñficia pdicta sup qbus pēsiones & fructus huiusmodi reseruabunt in euētū nō solutionis eorum, ac facultate pēsiones & fructus hmōi etiam si hactenus

Quod nō soluat cōpositio pro pēsionibus retinendis &c.

Accessus ob nō solutione pen.

pluries translate fuerint in alios milites sancti Petri partici/pantes: etiã similiter vel alias incapaces etiã filii ex legitimo matrimonio priores orti vel alias eorum cõsanguinei vel affi/nes fuerint: etiã in mortis articulo: etiã coram solis Notario: etiã sola Imperiali auctoritate & testibus trãsferendi: ac etiã regressum seu accessum ad ipsos in actu trãslationis per de/cessum eorum in quos transferentur sibi reseruañ. & in euentũ dicti decessus eos vt prius percipiẽdi & leuandi. Necnon be/neficia huiusmodi in euentũ dicti ob nõ solutionẽ accessus per duos mẽses in commendã obtinẽdi & deinde ea dimittendi etiã pro maiori vel minori dictã summã centũ quinquaginta duc. nõ exceden. pẽsioñ. vel fructibus eis sup illis vel aliis as/signandis. Ita tamẽ quod huiusmodi pẽsiones & fructus per/cipientur in habitu armate militie viro equiti conuenienti, nos & Ro. Pont. pro tẽpore existentes in expeditionibus cru ciate & cõciliis huiusmodi absq; alio stipẽdio cum ~~quo~~ equo tatioñ. dicte pẽsionis sequi debeant scientia potestate auctori tate & tenore pdictis dispẽsamus. Ipsisq; militibus qui clerici fuerĩt vt quascũq; pẽsiones sup quibusuis secularibus & regula ribus puentibus ecclesiasticis & fructus ecclesiasticos etiã lo/co pẽsionũ eis hactenus & pro tẽpore quõlibet assignatos & cõ cessos in Ro. cu. vel extra eã etiã in mortis articulo in clericũ seu clericos nõ coiugatos per eos eligẽdos etiã qcũq; quotcũq; & qualiacũq; bñficia eccl. & pẽsiones obtinẽtes & expectãtes in totũ vel in partẽ seu partes etiã coram solis Notario etiam laico & testibus etiã sine cõsensu easdẽ pensiones soluere de/bentiũ: & quorũuis aliorum etiã regressus accessus & ingressus ad beneficia grauata in quoscũq; euentus habeñ. etiã S.R.E. Card. etiã si aliis illas trãsferẽdi vel sic transferẽdi facultatẽ nõ habuerint vel transferendi facultas eis etiã proprio con/sensu interdicta fuerit etiã proprio iuramẽto vallato regula Cãcellarie de cõsensu in pensionibus requisito hactenus & pro tẽpore edita: ac stilo in dictis trãslationibus hactenus ob er uato et pro tẽpore obseruãdo vel alias habita potestate transfe rẽdi limitata vel precedente intimatione: seu sub alio modo vel qualitate et illi. nõ obseruatis nõ obstañ. etiã si hactenus pluries translate fuerint, quandocunq; transferre: ac etiã re/

Facultas trãsferẽdi.

Regressus ad pẽsioñ. translatas.

Pñt hre beneficia ob nõ solutionẽ pẽsioñ. per duos menses.

Facultas trãsferẽdi pro militibus clericis.

Pñt reser/uare regres sum vel ac cessum in trãslatione pẽsiõis per decessum eorum i quos trãsferẽt.

gressum seu accessum ad ipsos in actu trāslationis per decessum eorum in quos trāsferentur: sibi reseruare. ¶ Et in euentū dicti decessus eos vt prius percipere et leuare libere et licite possint, ac trāslationes et reseruatiōes sic facte valeāt. ¶ Et debitores ac eorum successores ad soluendū illis in quos dicte pēsiones trāsferent: & ad quos redierint sub excōmunicationis sententia: priuationis pena: accessibus: ingressibus: decretis: ac aliis clausulis in literis pensionū p tēpore cōtentis omnino teneātur: etiā perinde ac si dicte translationes & reseruationes p nos de cōsensu debitorum & aliorum interesse habentium cum pdictis & quibusuis aliis in literis dictarū pensionum cōtentis, que in ipsis trāslationibus & reseruationibus habeantur: pro repetitis facte fuissent. ¶ Ipsisq; militibus etiam Clericis seu Presbyteris vel Prelatis seu Episcopis aut Archiepiscopis & Patriarchis pro tēpore existentibus vt de quibuscunq; eorum bonis mobilibus & immobilibus per eos: tam per ecclesiā seu ecclesias: aut alia beneficia ecclesiastica etiā hospitalia vel alia pia loca cuiuscuis ordinis fuerint: etiā priuilegiati per eos obtēta & obtinēda: aut alias quōlibet ex ingenio & industria suis seu alias quomodolibet acquisitis & acquirendis: etiam si iuxta fe. re. Sixti. iiii. & Iulii. ii. Rom. pontificum predecessorū nostrorum: & nostras desuper expeditas literas immobilia bona non possederint: etiā in Ro. curia testari & de illis inter quascunq; etiā incapaces psonas quauis incapacitate disponere: & ea etiā inter viuos erogare: concedere & donare: & testamēta: dispositiones & concessiones huiusmodi etiā dimisso officio libere & licite fiant & valeant plenā et liberam vltra facultates per prefatos Sixtū iiii. & Iuliū. ii. predecessores nostros et per nos Curialibus & Curiā Ro. sequentibus in vrbe edificañ. concessas vsq; ad summam seu valorem duorum millium duc. auri de camera quo ad bona per ecclesiā acquisita: quo vero ad alia simpliciter licentiā et facultatē cōcedimus. ¶ Necnon illis ex ipsis p tempore existentibus militibus qui illegitimi fuerint: vt de cetero in quibuscūq; impetrationibus: concessionibus: dispensationibus: gratiis: indultis & literis gratiā & iustitiā concernentibus per eos seu eorū nomine inposterū a dicta sede

Debitores peñ. & successores eorū tenent soluere illis ad quos pēsiones redierint.

Facultas testādi de quibuscūq; bonis acqrendis etiā per ecclesiam aut alia pia loca inter quoscūq; incapaces quauis īcapacitate notatos p sūma duorū milliū ducatorū quo ad bona p ecclesiā acqsita & quo ad alia simpliciter.

Illegitimi nō tenent de defectu facere mētionem.

vel illius Legatis etiá ratione dignitatū etiam Episcopalium & Metropolitañ. aut Monasterio℞: seu aliorū beneficio℞ Ecclesiasticorum quorūcūq; aut alias qualitercūq; impetrādis vel eis etiā motu proprio cōcedendis de defectu nataliū: quē quoquomodo patiētur: ac dispēsationibus eis desuper p tempore concessis nullam mētionem facere teneātur: nec propterea impetrationes: cōcessiones: dispēsationes: gratie: indulta & littere huiusmodi de surreptionis aut nullitatis vicio seu intentionis defectu notari possint. Sed valide & efficaces existant: de speciali gratia indulgemus. ⁋ Eosdemq; Milites & eo℞ familiares p tēpore existētes ac quotcūq; & q̄liacūq; bñficia Ecclesiastica & bona p eos p tēpore obtenta a quo℞cūq; ordinario℞ locorum & aliorum iurisdictione: potestate: superioritate & dominio etiā si alias sint milites Hierosolymitañ. qui exempti sint a magno magistro suo pro tēpore: nisi beneficia religionis: aut super eis pensiones a sede aposto. habuerint: etiam in his omnibus cū aliis militibus antedictis in quibus eiusdē sedis Notarii etiā de numero participātium nūcupati de iure: priuilegio: cōsuetudine & alias exēpti sint & esse consueuerint. ⁋ Nec nō a solutione & exactione cuiuscunq; pedagii: gabelle: impositionis collecte: aut cuiusuis alterius oneris indicti vel indicēdi vbiq; locorum: necnō decima℞ & subsidio℞ nō apostolica auctoritate predicta imposito℞: etiā ex quibusuis causis: etiā pro Cruciata: etiam super fructibus & emolumētis beneficio℞ ecclesiasticorū & eiusdē Ro. Curie officiorum nō auctoritate apost. impositis quomodolibet & imponendis ac in illis faciendis cōtributionibus. ⁋ Volumusq; vt ipsi milites vxores accipiēdo: filias: sorores: & nepotes carnales tātum nubēdo ad sobolē conseruādam ratione publice vtilitatis dotes dare & recipere: & indumētis & ornamentis eo℞ arbitrio pro dictis personis vti possint: statutis & ordinationibus etiā laico℞ & cuiusuis principis & vniuersitatis etiā iuramēto firmatis: quibus ex certa nostra sciētia & de apostolice potestatis plenitudine plenarie derogamus: quo ad personas hmōi & cū eis cōtrahētes nō obstañ. ⁋ Necnon ipsos milites eorūq; filios & familiares ab omni contributione pro festiuitatibus & spectaculis Rome celebrandis vel vbi

Exēptio p militib⁹ & eo℞ familiaribus a iurisdictiōe & tributis vt infra.

Exemptio a Gabellis — pedagiis

Derogatio statuto℞ dotes & ornamēta ... prohibeñ.

Nō tenenē incesse nec cōtribuere festiuitatibus Ro.

Romanũ.põtifex pro tẽpore fuerit seu Ro.curia faciẽda qui-
bus interesse vel cõtribuere nõ teneãtur: nec propterea per
magistratus Romanos vel quosuis alios cõtra eos vel eorũ ali
quem sub excõmunicationis late sentẽtie & cẽtum duc. auri
dicto Collegio applicãdorũ penis eo ipso incurrẽdis procedi
nullatenus possint. ¶ Ita vt ordinarii & alii prefati eorũq; offi
ciales & vicarii nullã in eos etiam ratione delicti cõtracti aut
rei de qua agi cõtigerit: superioritatẽ: potestatẽ: iurisdictionẽ
vel dominiũ valeãt exercere: aut excõmunicationis vel alias
sententias cẽsuras & penas proferre. Nec quicũq; exactores
gabellarum, pedagiorũ, onerũ, decimarũ & subsidiorũ huius-
modi ad aliquã solutionẽ eos coercere possint. Nec ipsi mili-
tes aut eorum filii vel familiares in premissis festiuitatibus &
spectaculis interesse aut cõtribuere teneãtur: nec ad id com
pelli possint: penitus eximimus & totaliter liberamus. Ac iu
risdictioni & potestati nostre & sedis apostolice dũtaxat ĩme-
diate subiicimus. Eosq; & eorũ quẽlibet etiã si mere laici etiã
Bigami fuerint aut de clericatu ad bigamiã seu aliam irregu
laritatem transiuerint: omni clericali priuilegio: quo simpli-
ces clerici etiã in sacris cõstituti vtũtur: & vti possunt: perin-
de omnino ac si clerici in sacris cõstituti existerẽt: in Ro. cu
ria & extra eã vbiq; locorũ per vniuersum orbẽ plene: libere
& licite ciuiliter: criminaliter & mixtim vti posse & debere: &
per iudices seculares nullatenus constringi posse cum sedis
apostolice mẽbra & ad fidei tuitionem deputati existãt, volu
mus: cõcedimus: & decernimus. ¶ Ipsisq; militibus pro tem
pore existẽtibus quãdiu officiũ obtinuerint & cuiuslibet ipso
rum familiaribus vt ẽsem & alia arma etiam per vrbẽ absq;
alicuius licẽtia seu pene incursu deferre: etiã si id de speciali
mandato nostro per publica banna quãtumcũq; penalia seu
alias quomodolibet etiã cũ presentiũ speciali vel generali de
rogatione prohiberi cõtigerit: libere & licite valeant: pariter
indulgemus. Districtius inhibẽtes Gubernatori: Barisello: &
aliis etiam dicte vrbis & extra quibusuis officialibus pro tem
pore existẽtibus sub excõmunicationis late sentẽtie: & mille
ducat. auri dictorũ militum collegio applicandorũ penis: eo
ipso si cõtra fecerint: incurrẽdis: ne arma huiusmodi ab eis-

Eximuntur ab omni ordinariorũ iurisdictio ne.

Immediate subsunt Pape.

Gaudent priuilegio clericali etiam si laici aut Bigami fuerint.

Licentia portãdi arma etiã p familiarib⁹

dem militibus nec eorũ familiaribus pro tẽpore existẽtibus:
quamdiu ipsi milites dicta officia habuerint, auferre: seu eos
desup impedire aut propterea aliquã molestiã vel offensam
inferre quoquomodo p̃sumant. ¶ Ac volumus quod singuli
pro tẽpore existẽtes milites p̃fati quascunq; literas apost. etiã
per breue: etiam penitentiarie nostre gratiã seu iustitiã aut
vtrũq; cõtinentes eis & eoꝝ cuilibet & eiusdem officii Capel
lano pro tẽpore cõcessas ac dilectoꝝ filioꝝ Abbreuiatorum
Scriptorum bullarie ac registri, ac qui etiam de literis apost.
gratis expeditis taxã percipiunt: illa non soluta solicitatorũ
literarũ earundem sacre penitentiarie & aliis quibusuis di/
cte curie officiis gratis expediant: cũ subscriptione videlicet.
GRATIS PRO MILITE SANCTI PETRI.
per rescribẽdariũ pro tẽpore existentẽ: & alios ad quos perti
nebit facienda. ¶ Obtineantq; quo ad hoc presentes litere
robur vicesq; gerant etiã rotuli: etiã manu nostra & p tẽpore
existẽtis Ro. Pont. in quo alii familiares nostri cõtinui cõmẽ/
sales palatini: q literas gratis expedire debẽt: describi & anno
tari soliti sunt: Censeãtur quoq; iidem milites eorũq; succes/
sores & omni fictiõe cessante habeant & sint seruato iter eos
ad militie hmõi officia receptionis ordine actu descripti put
eos exnũc put extunc & ecõtra quotiens descriptio ipsa fiet:
describimus & annotamus in literis in qbus familiares con/
tinui commensales nostri & Cardinaliũ ad apostolatus apicẽ
pro tempore assumptoꝝ: qui assumptionis tẽpore nostris &
illoꝝ respectiue obsequiis actu insistebãt ad effectum prece/
dendi alios in assecutionibus beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ: que
vigore gratiaꝝ expectatiuaꝝ & earum mutationum, colla/
tionum: extẽsionum & reualidationũ duxerint acceptandas
describũtur: ac describi & annotari consueuerãt immediate
ante penultimũ antiquoꝝ familiariũ pro tempore descripto
rũ p̃dictoꝝ & ante Cantores: Capellanos & alios quoscunq;
sedis & curie predictaꝝ officiales & ministros: etiam vigore
priuilegioꝝ & indultoꝝ eis per nos & diuersos Ro. Pont. pre
decessores nostros super hoc concessoꝝ & concedendorũ in
eisdem litteris ante penultimũ vel alium superiorũ ordinis
pro tempore descriptum annotatos & descriptos. Ita vt ipsi

Expediant gratis lite/ras etiam breuium & penitentia rie.

Describũt an penul. antiquum descriptũ.

Habeāt expectatiuas ad tres collationes etiam ad litigiosa & vacat reseruatum.

omnibus a dicto penultimo antiquo & vere nostro & nō p privilegiū descripto citra abs q; tamen dictorum scriptorum & aliorū in huiusmodi anrelationibus eos pcedetium preiudicio dicti milites litteras gratiarū expectatiuarū quotiēs eas generaliter cōcedi cōtigerit:& per nos cōcessas sub data pñti absq; aliqua signatura desuper obtinēda in prima earum expeditione ad tres collationes & tria beneficia:etiā litigiosa per eorū quemlibet eligēdas:etiā si vnum ex dictis beneficiis alias sub eorundem militū gratiis expectatiuis eorūue collationū mutationibus & extēsionibus p tempore cōprehensis:dispositioni apostolice ex quauis causa pterquā ratione illius vacationis apud sedē predictā aut familiaritatis cotinue cōmensalitatis nostre & tūc viuētis Ro.Pon.aut eius tēpore vacationis ad id consensus requirēdus foret alicuius dicte Ro.Ecclesie Cardinalis generaliter reseruatū vel ex generali apostolica reseruatione:aut alias quomodolibet affectū & cuius beneficii reseruati fructus: redd.& prouen̄.trecētorū florenorum auri de Camera secūdum cōmunē extimationē:valorem annuū nō excedant:expedire:& ipsum beneficiū sic generaliter reseruatum vel affectū:etiā si in ipsis gratiarum expectatiuarū litteris vel cōstitutionibus siue regulis Cācellarie aposto. desup pro tempore editis specialiter & expresse excluderetur aut alias limitaretur etiā in mēsibus ordinariis collatoribus quomodolibet cōcessis:& tā illud q̄ alia quecūq; cū cura & sine cura secularia & regularia sub huiusmodi expectatiuis:ac illarū mutationibus:extēsionibus & reualidationibus collationū: ac reseruationibus:vnionibus:mādatis & aliis gratiis eis pro tēpore concessis comprehensa beneficia ecclesiastica pro tempore vacātia:tā in dicta curia pñtes quā ab ea absentes:etiam in ipsa curia per pcuratores speciales & generales in genere acceptare.& de illis sibi etiā in genere puideri facere: ac illa cōsequi & habere:ac acceptationes & prouisiones huiusmodi ad beneficia particularia:etiā per procuratorē generalem specificare. ¶Notarii quoq; inde rogati super acceptationibus generalibus specialia instrumēta de beneficiis tūc vacantibus cū pro parte ipsorum Militū pro tēpore existētiū requisiti fuerint cōficere possint & debeāt: Ac acceptationes & puisio

Milites pñtes & absentes possunt p pcuratores etiam generales acceptare & facere sibi puideri in curia in genere.

nes huiusmodi valide & efficaces existant. ¶ Ipsique milites ad satisfaciendum constitutioni de publicandis acceptationibus & prouisionibus ac illis intimandis possessoribus seu eis ad iudicium euocandis edite & pro tempore edende minime teneantur: ac omnibus & singulis priuilegiis antelationum: prerogatiuis: decretis: declarationibus: suspensionibus: derogationibus: mandatis: voluntatibus: immunitatibus: concessionibus & indultis aliis familiaribus nostris continuis commensalibus etiam antiquis & descriptis & literarum apost. Scriptoribus & Cubiculariis nostris & pro tempore existentis Ro. pontificis quomodolibet concessis & cõcedendis non ad instar: sed pariformiter & eque principaliter sine vlla differẽtia ꝑut ipsi antiqui & descripti familiares & scriptores ac cubicularii vtũtur: potiuntur & gaudent: ac vti: potiri & gaudere poterũt quomodolibet in futurũ: sine tamen eoꝝ preiudicio vtantur, potiantur & gaudeant. ¶ Liceatque singulis ex eisdem militibus laicis vel coniugatis, quo ad omnia gratias expectatiuas huiusmodi concernentia: vel eorum partem, Clericis vero quo ad prerogatiuas dũtaxat & reseruatũ vel affectum beneficium hmõi etiam in toto vel in parte vnũ vel plures loco sui in qualibet expeditione: quotiens gratie expectatiue huiusmodi per nos aut successores nostros Ro. pont. concedentur: etiam ad effectum gratias ipsas sub forma predicta ac prerogatiuis: antelationibus & facultate acceptandi huiusmodi corã Notario publico & testibus vel per cedulã sua manu scriptam: libere nominare: qui sic nominatus vel nominati antelationibus: ꝑrogatiuis: & facultate ꝑdictis gaudeãt eo ipso, in omnibus & ꝑ omnia, ac si sibi principaliter cõcesse fuissent & tunc actu concederentur. ¶ Et quod dicti milites qui pro tempore fuerint de eorum officiis siue locis & emolumentis: que cum quibusuis aliis Romane curie officiis compatibilia existant: & per quoscunque nedum vnũ sed plura quotcunque etiam vltra decem obtineri valeant ac per solam signaturam concedi debeãt, disponere & illa in nostris & dictorũ successorum nostrorum manibus: quãdo ipsis militibus placuerit, & in fauorem personarum per ipsos nominandarum resignare libere & licite

Nõ tenẽt satisfacere regule diligẽtiaꝝ expectañ.

Hñt õnia priuilegia scriptoꝝ, cubiculariorũ: & familiarium antiquorum.

Laici ad expectatiuas: clerici ad earũ ꝑrogatiuas possunt quoscunque nominare

Istud officiũ potest resignari vt alia.

Officiũ est omnibꝫ officiis cõpatibile.

Vnus potest plura officia obtinere.

Dect p solā signaturā.

valeāt: ac resignationes huiusmodi valide & efficaces existāt & suos effectus sortiri debeant.

Pro signatura soluāt v. p centū.

¶ Ac pro signatura cōcessionis singulorum officiorū siue locorū huiusmodi per resignationem pro tempore vacantium, exceptis vigintisex que ad Vicecancellariū spectant: Quinq; florenos auri de Camera pro cētenario precii quod inde pcipitur, soluere sint astricti.

Habet iura collegialia

¶ Necnon collegiū militum huiusmodi collegialia iura, insignia & auctoritatē licentiamq;: statuta & ordinationes eorū statum tranquillū & prosperū concernentia condendi & pro tempore cōdita restringēdi: ampliandi: & quotiens expedire videbitur, in totū delendi & alia de nouo ordinandi, eaq; sub pecuniariis eidem collegio applicādis & aliis etiā suspēsionis a perceptiōn. emolumentorū distribuendorū arbitrio dicti collegii penis per deputandos per ipsum collegiū exigendis etiā interueniēte Barisello seu aliis executoribus ab eisdē requisitis si eis videbitur fore requirendos obseruari faciendi licentiam & facultatē tribuimus & elargimur.

Sup singulis in psentib⁹ cōtētis possint litere expediri gratis.

¶ Eisdem militibus pro tēpore existentibus vt singule pro eorū quolibet litere apostolice etiā sub plūbo super omnibus & singulis prerogatiuis: & aliis eis per presentes concessis etiam per cameram apostolicā etiam gratis expediri possint: indulgemus: & vt quod suum est quisq; percipiat: ac dolis & fraudibus hominum obuietur: dilecto filio nostro Iulio tituli sancti Laurentii in Damaso presbytero Cardinali prefato moderno & pro tempore existenti dicte Romane ecclesie Vicecancellario in virtute sancte obedientie: & dilectis filiis etiam modernis & qui pro tempore fuerint, dictam Cancellariam regenti: & secretariis nostris ac summiste literarū apostolicarū, que in Camera nostra expediuntur: ac magistris plumbi & illius collectoribus & bullatoribus literarū earundem: sub excommunicationis late sententie pena, a qua illam incurrētes nō nisi a nobis preterq̄ in mortis articulo constituti & integra satisfactione preuia absolui possint, districte precipiendo man-

Litere etiā p breue nō expediunt nisi soluto vel cauto officio pro annata.

damus: vt nullas ex literis apost. etiam in forma breuis: quarū ratione annata vel cōmune tunc vel in aliquem euentum aliquando soluēda fuerint, vel quod solui debeant ex earū continentia tacite vel expresse apparebit ad bullandum mittant.

